



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 94. Lovaniensis Decanus in Hispaniæ aula

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

aliunde suspiciosi Principis dissidentiam Sicul. XVI.  
caute prævertere oporteret, pro hujus Le- A. C. 1515.  
gationis caussa obtendebantur nuptiæ in-  
ter Archiducem & Renatam de Francia  
Ludovici XII. Filiam conciliandæ: Se-  
creto tamen instruebatur Legatus, ut se-  
dulo Hispanorum Procerum consilia ex-  
ploraret, ac de Regis valetudine nuncium  
mitteret, ipse vero, si Regem mori con-  
tingeret, illico Regni possessionem adiret.

### §. XCIV.

#### *Lovaniensis Decanus in Hispaniæ aula.*

Ergo Adrianus in eunte Mense Decem- Anton. de  
bri ad Ferdinandi Regiam delatus Vera in vita  
summis honoribus excipitur, cum vero Caroli p. 14.  
terum gerendarum dexteritate non polle- in 4.  
ret, Legationis suæ arcana haud diu  
dissimulare poterat: Cognita igitur vera  
adventus sui caussa, Rex illum Guadalu-  
pam ad ædes Monachorum S. Hierony-  
mi secedere jussit, quem aliquamdiu  
ibi moratum Ferdinandus sollicitabat,  
quatenus Archiducem induceret, ut  
Cervium suum Gubernatorem dimit-  
teret. Ad hoc suam operam pollic-  
ebatur Decanus, spe fretus, hanc unicam  
sibi restare occasionem, qua Carolum a-  
dolescentem Principem in Avi sui gratiam  
reducere posset; ut ergo valeret successus,  
Hist. Ecclesiast. Tom. XXXIII. I ambo

**Sæcul. XV.** ambo collatis consiliis adlaborabant, quin  
**A.C. 1515.** imo Rex Catholicus hac super re instrumentum confici postulabat, cui dudum quidem reluctabatur Decanus, tandem vero annuit, unde pactum utrinque firmatum est. Porro Chiverius consilia, quæ agitabantur, edoctus, Regemque Catholicum utpote hydropisi laborantem haud diu vita superstitem fore persuasus, Archiduci exposuit, quod omnes temporum moræ pretiosæ forent, ac prompta adhibenda remedia, ut hæreditatem, quæ ad ipsum spectaret, sibi certam redideret.

### §. XCV.

*Archidux Gallorum auxilium sibi certum reddere sollicitus,*

Cum vero Archidux absque Gallorum ope hoc suum consilium ad exitum deducere desperaret, hanc in rem Henricum de Nassovia eo allegavit, ac tripli mandato instruxit, primo enim proponeret Archiducis nuptias cum Renata de Francia, postea Navarræ restitucionem, ac denique subsidia, quæ petebantur, urgeret. Nullius ferme molis erat prospera hujus Legationis executio; quippe Franciscus Galliarum Rex dotis nomine sexies centena aureorum millia Renatae pollicebatur, ratumque habebat,